

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaukensis

37 38
Εὐφροσύνης Ἐμμετροί
HONESTISSIMO THALAMO
Viri cūm Eruditione, tūm Vir-
tute clari

DN,
ELIÆ NEANDRI

Inferioris Lusatiae Designati
PROTONOTARII;

Nec non

Virginis Pudicissimæ, Honoratissimæ,

EUPHROSYNÆ PE-
LARGÆ,

Dn. D. CHRISTOPHORI PELARGI,
Academiae Francofurtanae Professoris celeberrimi, ibidemq; Pastoris fidelissimi, ut & Marchiae totius EPISCOPI GENERALIS multo dignissimi, &c. relictae

FILIAE,

a

Consanguineis & Amicis

Consecrati,

Athenis Marchiacis die 27. Aprilis

Anno restauratae salutis

M. DC. XXXV.

Typis MICHAELIS KOCHII.

[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including words like 'DIE', 'VON', 'UND', 'IN']



SPONSIS NOVIS

In foedus sancti connubij coeuntibus
divinam benedictionem
precatur

GREGORIUS FRANCUS D.

M Anare in natos, & qui nascuntur ab ipsis,
Certum est virtutes & benefacta PATRUM.
Sic oracla docent coelestia: nec documenta
His dubiam faciunt quotidiana fidem.
Nil igitur VOBIS magis est proclive precari:
Quàm coeli quoq; Vos ut favor ille beet:
Quem vestri CHARI & CLARI meruere PARENTES:
Quorum laus & honor jugis in orbe nitet.
Vivite felices: & natos atq; nepotes
Annis (det DEUS hoc!) gignite pacificis.

IISDEM.

D ITAT adhuc divina bonos benedictio gratis;
Et natis pietas dos pretiosa patrum est.
Id tu, Sponse, gener magni experiere PELARGI,
Cujus nunc nobis grata etiam umbra vivi est.
Id quoq; Sponsa, nurus senis experiere NEANDRI,
Qui bene JOSIAE nomen & omen habet:
Toto corde DEUM quarens, & eloq; severo
Ex animo delens omnia vana suo,

A 2

Ut

Ut CHRISTO adificet renovato in pectore Templum
Sacrum Virtuti, servitijsq; DEI.
Persistant, opto, hac sero in pietate nepotes,
Sic vestro deërit copia nulla toro.

Samuel Scarlach D. Prof. P.

Ad præstantiss. & doctissimum

Juvenem.

Dn. ELIAM NEANDRUM J. U. C.

SPONSUM, &c. &c.

TU mihi qui pridem cognatus es, optime Sponse,
Insuper Adfinis nunc cupis esse meus?
Et bene: namq; ligant duo vincula fortius uno,
Et magis est penetrans conduplicatus Amor.
Annuo ego meritò, dum Fataq; Sponsaq; Frater,
Non renuunt, vertant hoc modo Fata bene:
Gratus & Adfinis, gratus Cognatus es idem,
Firma PELARGORUM, Sponse, columna domus.
Conjugium vestrum, votis ardentibus opto,
Fortunet cæli summus ab axe DEUS,
Fœcundet, faciens ex omni parte beatum;
Lite domus careat, proleq; sed scateat,
Ut natos videas, & qui nascentur ab illis,
Ordine sat longo, Tuq; Paterq; pius.

Boni ominis ergò deproperabat

ELIAS REEVVALDUS J. U. D.

Acad. Francof. Syndicus.

DN.

Dn. ELIAE NEANDRO

&

EUPHROSTINÆ PELARGÆ,

Sponsis ornatissimis.

Longâ arctâq; tuus mihi consuetudine junctus
Divinusq; Socer, SPONSE, Paterq; fuit.
Nam fui ego Auditor Soceri, Collegaq;: at ante
Lustra Parens operam mi dedit octo tuus,
Natae ergo illius, & Nati hujus debita tedis,
Carmina cum nequeam pangere, vota feram,
Vota Senum facere est: ut consulere esse Virorum,
Et Juvenum perhibent invigilare operi,
Quid voveam verò, *dulcissima pectora*, vobis?
Quid? nisi quod praesens hora locusq; monent.
Conjugium nempè ut sit blandum, & fœdera ad aram
Sancita ambobus dante secunda DEO.
Hæc voti sit summa mei: vos vivite longum;
Et prole egregiâ perpetuate genus.

M. Christoph. Neander

Ἐὐφροσύνης καὶ Εὐφροσύνης ἑνεκα
scribb.

Dum me, Sponse, tuas accedere corpore tædas,
Fata vetant, ecquis carmine adesse vetet?
Omni si liceat tantas deducere Cælo
Divitias, quantas pectore concipio,

A 3

Et

mplum

Prof. P.

C.

Sponse,

us uno,

s Amor.

rater,

e:

,

a domus.

rabat

s J. U. D.

Syndicus.

Dn.

Et canis videas, Clarissime, digna, NEANDER,
Et meritis reddi, MAGNE PELARGE, tuis!
Scilicet in Natis virtutes sæpè Parentum
Respicit, atq; bonis pensat abunde DEUS.
Eveniet Sponsis, præ sagit Musa, nec ulla
Dos, tantam dotem quæ superabit, erit.

Tobias Magirus Prof. P.

EST, quam nunc tentas, næ magna Avidètia NE-
ANDER;
Sed quâ nunc tentas callida mensq; pia est.
Dum Mavors atrox totum circumfluit orbem,
Tu castæ Veneris ludicra castra subis.
Scilicet EUPHROSINEN, cordis solamen amandum,
Mœrore in medio quærere Martis aves.
Utq; Seni valeas, ceu fida Ciconia, Patri
Succollare, tibi juncta PELARGA venit.
Hæc storges Tecum partes communicat amplas,
A Te participans dulce Vocamen item.
Primævi vox est Adami blanda Parentis;
Dicitur à socio Nupta Virago viro:
Ast Te, chara, vocant titulo, GERMANA, NOVATO,
Fisq; PELARGA aidi tota NEANDRA NOVO.
Faxit Iova, novos crebrò numerare NEANDROS
Ex Thalamo vobis accidat, opto, bono.

Sit

Sit procul & Bellona furens ac Morta maligna,
Pervivat multas Sponsus uterq; dies,

Honoris & Amoris gratiã
deproperabat

M. Gottlieb Pelargus
Sponsæ Frater.

Flos juvenum, Themidos sectator, & indole morum
Egregiã, generis spes satis ampla tui!
Sejugis a versans subtristia tædia vite,
Dum malas pingit ver juvenile tibi,
Dispicias ex multis consultã mente puellam;
Una cui ex Charisii nomen amœna dedit.
Qui te connubij felicem dicere nolit,
Quis tædis dubitet dicere faustatus?
Cuncta caduca fluunt, sed virtus sola perennat,
Quæ novit stabili sola manere loco,
Hanc te præcipue in Sponsã spectãsse legendã
Et patet, & plenã res ait ipsa fide.
O te judicij, præfiscini id ajo, sagacem!
Est juveni pectus, credo, senile tibi.
Indolis in sobolem transit natura parentum,
Arboris & fructus degenerare negant.
Gratia non parva est Superum, potuisse PELARGI
Endogreditantã prosperitate domum.

Sancti

*Sancti sunt nobis cineres, venerandaq; tanti
Mentio Doctoris, nec perisse potest.
O utinam soboli cuncta prosperrima fata
Conjugioq; tuo, Sponse polite, fluant!
Hoc ita credidero, decimo incunabula mense
Si bene contingat, Sponse, movere tibi.
Dadala sic Charitum manibus formata precando
Ingenij vult vis ingeminare tui:
Hæc eadem Sponsæ debentur vota pudicæ,
Turgeat ut solidâ commoditate focus.*

Ex mente animi vovebat

**M. Joannes Mollerus Crosnensis,
Scholæ Francof. Rector.**

**Ad Dn. SPONSUM Affinem
Charissimum.**

Dum Nemus omne viret, dū formosissimus annus,
Ver ubi purpureum, dum rediviva salus.
Cum videas pulchrè coalescere diruta rursum,
Miles quæ stravit mente furente rapax.
Conditio pacis creperas ut spes crepat usq;
Ambigit haud thalami nectere vincla novi.
Consilij animatus adest cum tramite recti
Qui instituit casto subdere colla iugo,

Atq;

Atq; parat noster cursum renovare NEANDER,
Omne movet punctum Sponsus ut esse queat.
Moribus ac pietate parem sibi jungit amicam,
Vitam quâ possit continuare suam.
Quamq; domum ducit felix ea Nata PELARGI est,
Theiologi Clari, casta pudica pia.
SPONSE Patris cari premito vestigia lætus,
Sacra litat semper, qui studio vigili.
Mutuus ac sit amor, cedat tibi tristis amaror,
Lethalis cedat pestis amarities,
Vivite concordēs animis, sine felle columbæ
Instar, sic vobis Cypris amorq; favet.
Pacis amans pacem sanctè colit ac veneratur,
Exulet ast procul hinc, cui sacra pax odio est.
Pax etiam alma thori, voveo, sit certa tenaxq;
Annuat is, firmans foedus amicitiaë.
Comprecor in geminans felicia cuncta sequantur,
Sit sine lite domus, non sine prole thorus.

Chrysostronus Pelargus.

¶ At Mars noch nicht genug sein blutig Schwerdt
gewezet/
¶ Und ihre rothe Hand Bellona auß genezet
In warmes Menschen Blut? Muß auch noch ziehn zu
Feld

B

Das

Das blinde Venus Kind vnd schlagen Krieges Zelt?
Dz mancher tapfer Held/der sonst für nichts erschricket/
Maß werden durch den Krieg der Venus eingestricket/
Der sonst in Mavors Streit vnd Musen Feld gesiegt/
Durch starcke Liebes Macht verwundet vnten liegt.
Zwar nicht allein mit macht der Seelen Mantel ringet
Vnd seine Stärcke ganz in diesen Krieg her bringet:
Sondern hier muß der Muth das edle Menschen Theil
Vnd die Gedanken auch versuchen ihre Heil.
Hier hilfft keine Paster/kein Wall noch grosse Stücke/
So sollen diesen Krieg in Vnordnung verrücken;
Dan dir/ O Cypris, weicht das Eisen/ Torff vñ Stahl/
Die Plancken/wañ du kömpst/ die fliehen allzumahl.
Wolt einer auch weit weg vermeinen zu entfliehen/
So weiß das fliegend Kind denselben nach zu ziehen/
Die schnelle Luft die trägt die Flügel dessen hin/
So weit als Ganges fließt vnd wo Tellus Termin.
In dieser runden Welt nichts ist so starck zu finden/
Das mit dem Liebes Band Cupido nicht mög binden/
Es were dann ein Herk von Deamanten hart /
O Krieges Mächtigkeit! O grimme streites Art.
Der vnman Bacelus der meinet zwar zu trennen
Das ganze Venus Heer/weil er das thut berennen
Mit grossem vngestümb; Die sawre Eris Macht
Den güldnen Apffel wirfft/das sie anricht Zwietracht:
Doch

Doch dieses ungeacht das Venus Volek die Sachen
Die es im festem Sinn gefasset fort thut machen.
Es muß von statten gehn/ was Erycina wil
Ob sich gleich wieder setzt Mißgunst vnd Unwill viel.
Weh nun vnd ober Weh dem der also thut streiten
In diesem Krieg daß er mit scham muß gehn zur seiten:
Der einen löchern Korb vringt für die Krieges Beut.
O sehr böser Gewinn! O unglückliche Zeit!
Wol aber mehr als wol dem der also gewinnet
In diesem Krieg/ daß er den Lorbeer Kranz abnimmet
Vnd bringet was vorhin sein franches Herz begehrt.
O Edle Krieges Beut! O Zeit allzeit geehrt!
Herr Bräutigam ihr habt euch ritterlich geübet/
Die Stärck' im Musen Feldt gebrauchet vnbetrübet/
Der Pierinnen Thal ewren Lob schallt hervor/
Die gelbe Oder auch ewren Fleiß rauscht empor.
Doch müßt ihr an den Streit/ den Venus thut bereiten
Allen in den noch Krafft Sie sich versieht zu streiten/
Euch aber mehr als wol der ihr behalt das Feldt/
Dorin Ihr euch gelegt mit ewrem ganzen Zelt.

G D E gebe nun daß ihr mögt ferner überwinden
Welt/ Teuffel vnd den Todt/ was sich immer mög fin-
den

In ewren Läger nur vnd euch zu wieder ist/
Was ferner mit Betrug euch hinter geht mit List.

Euch wünsch Ich/ Jungfrau Braut / weil ihr das
Siegess Zeichen (reichen/

Das der Herr Bräutigam durch Krieg hat thun er-
Ihr wie ein Lorbeer Zweig solt grünen immerdar
Und ewer Saam der kom' auß Nestors graue Jahr.

Dieses ist mit schnell auffender Feder
auffgesetzt worden von

C. S. Z. M.

S irenum, vocitant thalami praeconia, cantus
Qui mala conjugij saepe iterumq; crepant
Nec tamen ex aliâ perpendunt commoda parte
Ex hoc quaerunt plurima fonte fluunt:

Non ita vir prudens cui lotum pectus aceto est,
Tu quoq; diversus Sponse NEANDER abis,
Ne poenam subeas divini lege Solonis
Dum vegeto integrum pectore sanguen alis,
Caelibis impatiens vitæ connubia jungis,
Aspirant caeptis fata secunda tuis.

EUPHROSTNE Magni tibi nubit nata PELARGI
Virtutis verè virgo pudica penu.

Quid magis hæc possit te delectare NEANDER.
EUPHROSTNE nomen, si tamen omen habet.

Omen habet certè decima illud Luna docebit,
Fiat id, & vestro sint bona cuncta toro.

Sympatriotæ suo dilectis. gratula-
bundus adjiciebat

Philippus Hartmannus Lubenâ
Lusat. infer.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19



Εὐφημισμοὶ Ἐμμετροὶ
 TISSIMO THALAMO
 in Eruditione, tum Vir-
 tute clari
 DN,
 NEANDRI
 prioris Lusatiæ Designati
 PROTONOTARII;
 Nec non
 s Pudicissimæ, Honoratissimæ,
 ROSYNÆ PE-
 LARGÆ,
 RISTOPHORI PELARGI,
 Francofurtanæ Professoris celebra-
 tioris; Pastoris fidelissimi, ut & Marchiæ
 PISCOPI GENERALIS multò
 dignissimi, &c. relictæ
 FILIÆ,
 à
 consanguineis & Amicis
 Consecrati,
 in Marchiacis die 27. Aprilis
 Anno restauratæ salutis
 M. DC. XXXV.

typis MICHAELIS KOCHII.

37

38

37

